Pro dissertatione publica de jure Canonico in Universitate sustinenda, Josephus Thomas de Argomedo ad controversiam offert assertiones sequentes, quorum initium erit.

PROBLEMA.

PROPOSITIO PRIMA.

Licet judici condemnare eum, cui juridice probatur reus criminis, etiam si certo sciat innocentem esse, et nullum adsit medium liberandi eum.

CONTRARIA

SECUNDA.

Non lic-et judici condemnare eum, cui juridice probatur reus criminis, si certo sciat innocentem esse, et nullum adsit medium liberandi eum.

TERTIA.

Canonum statuta ab omnibus Christi fidelibus observari debent.

CUARTA.

Hęretici, et Scismatici etiam si defacto resistant constitutionibus Ecleciasticis, illis obligantur de jure.

QUINTA.

Regulares exempti non subjiciuntur Synodalibus, aut mandato Episcopi, nisi in üs, quæ sunt delegatæ jurisdictionis, aut injure exprę-ssis.

SEXTA

Diæsesani ad tempus extra territorium existentes non obligantur legibus territorialibus.

SEPTIMA

Extra causam excomunicationis, vel apellationis, non potest excomunicatus rescriptum impetrare; aliter obtentum, est ipso jure invalidum, etiam si excomunicatus sit ocultus, et tolleratus.

OCTAVA.

Rescriptum propter obrreptionem, vel subrreptionem, quæ fit circa causam motivam, irritum, et nullum est,

NONA.

Rescriptum propter obrreptionem, vel subrreptionem, quę fit circa causam impulsivam non irritum, sed validum est.

DECIMA.

Jurisdictio Vicarii generalis non est delegata, sed ordinaria.

DECIMA PRIMA.

Vicario foraneo est delegata jurisdictio,

DECIMA SECUNDA.

De veteri Testamento decimę jure Divino positivo debentur.

DECIMA TERTIA.

Decimę Lege Evangelica jure Eclesiástico sunt debitę, quoad quotam; quoad substamtiam vero, jure Divino naturali.

DECIMA CUARTA.

Processus judicialis habitus in die festo, nec licet, nec valet, nisi ob causam necessitatis, aut pietatis.

DECIMA QUINTA-

Actus judiciales de concensu partium validi sunt in feriis profanis, non in sacris.

DECIMA SEXTA.

Vacua Sede Episcopali, jurisdictio transcit ipso jure ad Capitulum Ecletię Catedralis.

DECIMA SEPTIMA.

Capitulum intra octo dies tenetur eligere Vicarium Capitularem cum jurisdictione ordinaria.

DECIMA OCTAVA.

Patroni Eclesiastici tenentur sub gravi pręsentare digniorem ad beneficium curatum.

DECIMA NONA.

Patroni laici probabilius tenentur subgravi od eandem pręsentationem.

VIGESIMA.

Canonice electus confirmari debet ab immediato Superiore.

VIGESIMA PRIMA.

Electus administras ante confirmationem pribatur jure in electione adquicito.

RODRIGUEZ. — *DR. PEDRO MARIN*
Catedratico.

PARA EL DIA 9 DE ENERO DE 1824 A LAS SINCO Y MEDIA DE LA TARDE, EN LA IGLESIA DE LA COMPAÑIA.